

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. II. TIT. VIII. Qui Satisd. Cog.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

LIB. II. TIT. VIII.
QUI SATISD. COG.Qv. I. *An plus cautionis sit in fidejussoribus quam in pignoribus?*

DISTING. Quoties *judici* cavendum est, major securitas est in fidejussoribus, tum ne *judex* onere custodiæ gravetur, tum quia contra personas paratam habet executionem. *L. 7. praet. stip. Nov. 53.* Quoties vero *parti*, adeoque extra *judicium*, cavetur, major securitas est in pignoribus, neque enim tantum onus in privato est pignus custodire, neque ille executionem in personas fidejussorum paratam habet, adeoque tutius rei insistit. Et de tali cautione extrajudiciali intelligendi sunt textus in *L. 25. R. I. L. 1. §. 9. Collat. L. 4. §. 8. quae in fraud. cred. L. 59. §. f. Mand.*

Laut. p. 28. verb. Neque regulariter.

Moribus per solos fidejussores *judici* caveri ait *Wes. h. t. §. 7. Fab. C. tit. de satisd. L. 2. def. 9.* pignora vero etiam in *judicio* sufficere docet *Laut. h. Carpz. p. 1. c. 5. def. 7. D. Stryk. U. M. h. §. 8. Et c.* Rectius tamen videtur *judicis* arbitrio id relinquendum esse. *Dn. Stryk. dist. §. 8. in f.* Nana omnes cautiones fere sunt *arbitrarie*. *Dn. Stryk. U. M. h. §. 2. Et 3. Dn. Par. Hyp. Inst. tit. de satisd. §. 4. Struv. h. 22.* Adeo, ut si *judici* satis cautum videatur *regulariter* nec *judicio* sisti, nec *judicatum* solvi, nec de lite contestanda intra *bimestre*, nec de ea *prosequenda*, quin nec de *expensis* & *reconventione* &c. caveri opus sit, (quanquam de his duabus ultimis in plerisque *judiciis*, inprimis *Saxoniae*. caveri soleat *Dn. Stryk. U. M. h. §. 6. Et 7.*) *Dn. Stryk. U. M. h. §. 2. Et late seq. Laut. p. 35.*

NOT. Sufficenter cautum videtur per *possessionem* rei *immobilis*; *Laut. d. pag. 33.* Modo *possessor* illam possideat in eadem *provincia*. *l. 15. §. 1. h. Hodie vero unter demselbigen Gerichts-Zwang. Carpz. p. 1. c. 5. def. 2. Et 3.*

LIB. II. TIT. X.

DE

EO PFR QUEM FACT. QUO MINUS IN JUDICIO QUIS SISTATUR.

Qv. I. *Quomodo differat hic titulus a Tit. 7?*

Cocc. J. C. P. I.

Z

RESP.

